



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXXXIII. Auskunftsertheilung der Stadt Greifswald über den neu eingeführten Zoll (1363?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CXXXIII. Auskunftserteilung der Stadt Greifswald über den neu eingeführten Zoll (1363?).

Humili et multum seruili salutacione premissa. Pateat vestre magnificencie, theoloneum, de quo nobis scripsistis, vestris ciuibus in dominio vestro habitantibus non fore inpositum seu iniunctum pro eo quod Communes, ciuitates et nos contra regem danorum non inuarent, prout forte ad vestre excellentie audientiam est deductum, sed Communes, ciuitates et mercatores stagnales tranquillitati maris gaudere volentes nobiscum sibi ipsis tale theoloneum imposuerunt pro defensione maris facienda, vnde inuiti interesse vellemus, quod vestris tale theoloneum iniungeretur, quod nos ipsi personaliter non faceremus, Sed dictum theoloneum quilibet mercatorum et Ciuium stagnalium stagno seu mari vti volentium sicut et vestri, et vestri sicut et nostri exfoluunt et exponunt. Scriptum ipso die beate marie magdalene nostro sub sigillo Consules ciuitatis griepeswaldis.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 2, 3.

CXXXIV. Die Stadt Rostock erklärt sich bereit, den Brandenburgern den Zoll zu erstatten, wenn solcher von ihnen gefordert sein sollte (1363?).

Magnifico et generoso principi domino suo valde dilecto Loddewico Romano, brandenburgensi et luzacie marchioni, comiti palentini (sic) reni, duci bauarie, necnon Sacri romani imperii archicamerario Consules in Rozstoch promptam et obsequiosam ad queque vestra beneplacita et mandata voluntatem. Literis vestre magnificencie decenter et reuerenter Receptis, in quibus nobis scripsistis, quod theoloneum nouum et inconfuetum a vestris ciuibus domini vestri debuissimus exegisse et Recepisse, Super quibus inter nos et nostros diligentem fecimus inuestigacionem, Recolere non possumus, quod dictum theoloneum a vestris unquam fuerit postulatum et Receptum. Si autem ab aliquibus, vt non concedimus, Receptum est, Petimus Gerenositate vestram nobis graciosam presentibus humillimis precibus et Sinceris, quatenus hos ad nos venire sinetis, quibus illud libenti animo Reddere volumus integraliter et extoto. Altissimus excellenciam vestram conferuet felicem, incolumem et longeuam. Scriptum feria tercia ante festum beate marie magdalene, nostro sub secreto.

Auffchrift:

Magnifico principi domino nostro valde Sincero, Loddewico Romano, Brandenburgensi et Luzacie marchioni, comiti palentini Reni, duci bauarie, necnon sacri romani imperii archicamerario cum Reuerencia presentetur.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 4.